



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Libellvs De Principalitate Romanæ Ecclesiæ

Roth von Schreckenstein, Hieronymus

Ingolstadii, 1550

VD16 R 3252

Verba Diui Petri.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30126

ROMANAE ECCLESIAE

EX hac nempe priore Clementis ad Iacobum fratrem Domini Epistola pius Lector cognoscat, quo pacto Petrus Clementi Cathedram tradiderit.

Verba Diui Petri.

Inquit enim, Audite me fratres & conserui mei, quoniam sicut edoctus sum, qui misit me Domino & Magistro Iesu CHRISTO dies mortis meae instet, Clementem hunc Episcopum uobis ordino, cui soli meae praedicationis & doctrinae Cathedram credo.

Qui etsi honorem illum tunc declinauerit, tamen disside uidere potes, quod ea quae à Domino nostro IESU CHRISTO, Diuo Petro data est potestas, sit in summos Pontifices per successionem sibi met Episcoporum transmissa.

PLATINA DE VITA *Diui Petri.*

Diuis Petrus cum Dominus Iesus Christus, ut superius dictum est, in uia Appia factus fuisset sibi obuiam, atq; à Domino interrogatus, quo iret, ad urbem rediens statim Clementem Episcopum consecrat, atque ei Cathedram & Ecclesiam Dei commendat, quamuis tantae fuerit modestiae ut Linum & Cletum sibi praetulerit.

E ij Confirmatio